

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5148

**Auteur(s)** : Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Nicolas, Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieur)

**Bénéficiaire(s)** : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1180, 5 mai

**Lieu d'émission** : Velletri

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens et les droits du prieuré Saint-Étienne du Plessis-Grimoult.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 202, p. 301-303.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 13655, t. 2, p. 362.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Nicholao priori sancti Stephani de Pleissitio Grimoldi eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis imperpetuum. Effectum iusta etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuente, ut ordo canonicus, qui in eadem ecclesia secundum Deum et beati Augustini regulam institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : locum ipsum, in quo ecclesia uestra consistit, cum terris adiacentibus et nemoribus cum additamento nemoris, quod Henricus Baiocensis episcopus uobis contulit, ecclesiam de Yuranda cum decimis et aliis omnibus pertinentiis suis, ex dono Guillermi decani et capituli Baiocensis accedente episcopali assensu ecclesiam de Fraxinis cum omnibus pertinentiis suis et quidquid iuris idem capitulum habuit in ecclesia de Monte Secreto, reseruatis sibi in eisdem duabus ecclesiis triginta solidis Andegauensibus annuatim, id etiam iuris, quod dimisit uobis in iamdicta ecclesia de Monte Secreto Herbertus de Arreio assentiente ipso diocesano, ecclesiam de Atreio cum omnibus pertinentiis suis, quidquid iuris habetis in ecclesia de Meseretis ex concessione dyocesani episcopi et resignatione Roberti Patricii, ecclesias de Rosello cum omnibus pertinentiis suis, ex dono Henrici Baiocensis episcopi ecclesiam de Noeriis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Saueneio, ecclesiam de Arcleis cum omnibus pertinentiis suis, beneficium, quod habuit in ecclesia de Proceio Guillelmus de sancto Medardo, ecclesiam de Careuilla, ex dono Henrici Baiocensis episcopi terram, que dicitur Berkariorum, in parrochia de Plaissitio et unam mansuram terre in burgo de Plasitio,

que fuit Roberti Arundel, ex dono Philippe filie Hugonis unam uirgatam terre et parum plus apud Aitre, que est extra cimiterium iuxta domum canonicorum, duas garbas decime de Foleteria et duas garbas decime Guillermi de Delfai ita integre, sicut Osmundus presbiter de Flers eas noscitur habuisse, ex dono Matildis Ruffe totam terram, quam ipsa habebat in Crapouuilla de feodo Henrici Baiocensis episcopi et totam terram, quam habebat in parrochia de Plaisicio, ex dono Radulphi Ruffi uiginti acras terre in parrochia de Plaisitio et quandam mansuram, quam habebat in parrochia sancti Lamberti. Statuimus autem, ut prior et canonici de Yuranda uestre domui sint subiecti, sicut a fundatione ipsius ecclesie extitisse noscuntur. Sane noualium etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus insuper, ne cui fratrum etc. Paci quoque etc. Cum autem generale etc. Obeunte uero etc. Sepulturam quoque etc. Ad hec presenti decreto arctius inhihemus, ne quis archiepiscopus uel episcopus seu alius in uos uel ecclesias uestras excommunicationis, suspensionis seu interdicti sententiam absque manifesta et rationabili causa promulget et ne prior uel aliquis canonicorum uestrorum sine communi fratrum assensu uel maioris et sanioris partis possessiones ecclesie uestre alienandi habeat facultatem. Quod si a quoquam ausu temerario presumptum fuerit, factum eius uiribus carere censemus. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Hubaldus Hostiensis et Uellitrensis episcopus ss.

† Ego Uiuianus presb. card. tit. sancti Stephani in Celio monte ss.

† Ego Centhius presb. card. tit. sancte Cecilie ss.

† Ego Matheus presb. card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Paulus presb. card. sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.

† Ego Gratianus diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Iohannes diac. card. sancti Angeli ss.

† Ego Raynerius diac. card. sancti Adriani ss.

† Ego Matheus sancte Marie noue diac. card. ss.

Dat. Velletri per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii III non. maii, indictione XII, incarnationis dominice anno M°.C°.LXXX°, pontificatus uero domni Alexandri pape III anno XXI°.